consideratione; Nam infortiori etate qui presumpserit aliquatenus
sine precepto abbatis ut in ipsis infantibus sine discretione
exarserit; disciplinę regulari subiaceat; quia scriptum est
Quod tibi non uis fieri alii ne feceris; VT OBEDIENTES SI
OBEDIENTIE bonum non solum abbati exhibenda est ab omnibus
sed etiam sibi inuicem ita obediant fratres; scientes
hanc obedientię uiam se ituros ad dominum; Premisso ergo
abbatis aut prepositorum qui ab eo constituuntur imperio.
cui non permittimus priuata imperia preponi; de cetero omnes
iuniores prioribus suis omni karitate et sollicitudine obe
diant; Quod si quis contentiosus repperitur corripiatur;
Si quis autem frater pro quauis minima causa ab abbate uel
a quocumque priore suo corripitur quolibet modo; uel si leuiter
senserit animum prioris cuiuscumque contra se iratum uel commo
tum quamuis modice; mox sine mora tamdiu prostratus in
terra ante pedes eius iaceat satisfaciens usque dum benedi
tione sanetur illa commotio; Quod qui contempserit facere;
aut corporali uindicte subiaceat; aut si contumax fuerit;
de monasterio expellatur; DE ZELO BONO QUOD DE
SICUT est zelus amaritudinis quod debent monachi
malus qui separat a deo et ducit ad infernum ita est